√ quoque significantur opera nostra et quia manus crucifixi in latitudine crucis idest transverso ligno figuntur hoc significat quia bona (nostra) opera) tunc fiunt deo acceptabilia si cum hilaritate fiant. et que sunt illa opera nisi ea de quibus homini dicitur. Tolle crucem tuam et sequere me et iterum. Qui autem sunt xpi carnem suam crucifixerunt. Crucifigitur autem caro cum mortificantur membra nostra super terram fornicatio immunditia luxoria avaritia et cetera huiusmodi. Omnia enim bona que nunc agimus tamquam clavis praeceptorum in dei timore confixi hilariter. et cum caritate

! faciamus ut cum apostolo dicere possumus. Non solum autem sed et gloriamur in tribulationibus

(e) neque murmuremus difficultatibus ne perdamus in cruce latitudinem hilaritatis sed simus spe gaudentes. Per longitudinem quoque in qua totum corpus extenditur potentiam atque tolerantia significatur unde longanimes dicuntur qui tolerant et pertinet ad perseverantiam. Per sublimitatem vel cui caput adiungitur significatur expectatio retributionis sed sublimi iustitia dei iudicem qui reddet unicuique secundum opera sua. his

! qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem parentibus vitam aeternam. Profunditum autem quod

! terrae infixum est secretum sacramenti praefigurat et pertinet ad occultam gratia ex qua invisibiliter ||

d. h. 137a bg.: Sequitur: Qualis pater talis filius talis sps scs.

Sciendum est omnino ..

(137v .. Seq. Increatus pater increatus filius increatus et sps scs. .... Sed miro ineffabile modo que sit ubique totus per divinitatem||